Nr. 3707.

CURRENDA XIV. XV.

A. D. 1874.

Nr. 3705.

Decretum Sacrae Congregationis indulgentiis et sacris reliquiis praepositae diei 8. Januarii 1861, quo praescribitur modus canonice aggregandi seu instituendi confraternitates ab iis servandus, qui hac potestate aggregandi, seu erigendi gaudent.

„Ad Religionis et pietatis incrementum, ad mutuam charitatem inflammandam Apostolica Sedes pluribus sive Ordinibus Regularibus, Religionibus et Institutis sive etiam Christifidelium Saecularium Archiconfraternitatibus et Congregationibus potestatem fecit alias Confraternitates et Congregationes erigendi et instituendi, nec non etiam sibi aggregandi ac indulgentias, Privilegia, aliasque spirituales gratias sibi concessas communicandi.

Cum autem nulla certa forma vel ratio praescripta fuisset, quae in hujusmodi institutionibus et erectionibus vel aggregationibus et communicationibus faciendis servari deberet, Clemens VIII. fel. rec. Constitutione quae incipit Quaecumque a Sede Apostolica data sub die 7 Decembris 1604 modum praecepit servandum in his peragendis, formulam quoque praescribendo, atque inter alia statuit Indulgentias, privilegia etc. tantummodo communicari posse, quae nominatim et expresse Societati aggregandi concessa sunt, non tamen ea quae per extensionem vel communicationem sibi quovis modo concessa sunt, et quidem communicari non sub generali verborum forma vel ad instar, sed expresse et in specie atque per dictam formulam ab ipso Pontifice approbatam; quae quidem omnia in eadem Constitutione reperiuntur praecepta sub nullitatis poena, ut clarius patet ex laudata Constitutione.

Compertum tamen est progressu temporis non ab omnibus adhibitam fuisse hanc formulam, neque privilegia neque Indulgentias adamussim communicatas quemadmodum Pontifex praeceperat.

Cum insuper statutum fuisset in eadem Constitutione, ut institutiones et aggregationes gratis omnino fierent, et tantummodo per Decretum Congregationis Cardinalium sub Paulo V. Indulgentiarum moderationi praepositae, datum die 6 Martii 1608, titulo expensarum permissum fuisset instituentibus vel aggregantibus, scutatum unum aureum recipere et quidem sub poena, inter caetera, nullitatis prout clarius innotescit ex eodem Decreto; attamen cognitum similiter est neque dispositionem hanc ab omnibus servatam fuisse.

Ad dubitationem itaque omnem tollendam super validitate harum institutionum seu aggregationum Sanctitas Sua benigne sanavit institutiones et aggregationes hucusque factas, in quibus aliquid ex praedictis desideretur, quod perficiendum erat per Constitu

tionem enuntiatam ant Decretum superius expressum, vel contra in iisdem praescripta peractum sit, simulque mandavit et in posterum formula in hujusmodi erectionibus seu institutionibus seu aggregationibus adhibenda concordet saltem in substantialibus cum illa praescripta a Clemente VIII. cujus constitutionis ad minus praecipua capita in eadem formula inserantur cum variationibus ab Eadem Sanctitate Sua adprobatis, cujus quidem formulae exemplar iis praesertim quorum interest communicandum in Actis Sac. Congregationis servari praecepit, et ut Societati aggregatae ab Ordine, Instituto, seu Archiconfraternitate aggregante tradi possit separatim et distincte a formula ac etiam typis impressus Elenchus Indulgentiarum et Privilegiorum ab Ordinario tamen loci recognitus; cujus impressio in hunc tantum finem permittitur, etiamsi Indulgentiarum concessiones sint depromptae ex pluribus Brevibus etc. non obstante Decreto S. C. Indicis, et altero Decreto Sac. Congregationis Indulgentiarum explicante et moderante praedictum Decretum Indicis diei 22. Januarii 1858.

Atque hoc Decretum absque ulla Brevis expeditione publicari jussit, derogando cuicumque Apostolicae dispositioni in contrarium etiam specialis memoriae dignae."

Datum Romae ex Secretaria Sac. Cogregationis Indulg. et SS. Reliquiarum die 8. Januarii 1861.

F. Card. Asquinus, Praef. — A. Colombo, Secret.

Formulae a Sacra Congregatione praescriptae juxta decretum diei 8. Januarii 1861.

Formula servanda saltem in substantialibus *) a Superioribus Regularibus Religionum etc. in erigendis seu instituendis Confraternitatibus ac communicandis Indulgentiis et gratiis spiritualibus, quas a Sede Apostolica obtinuerunt.

„N. N. Ordinis N. Generalis **). Religio nostra cum inter alia privilegia, quibus a Sede Apostolica decorata est, facultatem habeat saecularium Confraternitates sub invocatione N. erigendi, eisque spirituales gratias, privilegia et Indulgentias communicandi, in hujusmodi Confraternitatibus instituendis, si ad Christifidelium salutem promovendam expediri animadvertit, liberalem se praebere consuevit. Nos igitur, qui generalem totius Ordinis nostri curam gerimus, sperantes fore ut ex hac spiritualium gratiarum participatione Christifideles ad devotionem et pietatem magis excitentur, auctoritate Nobis a Summis Pontificibus concessa Confraternitatem N. in Ecclesia N. Loci N. Dioecesi N. de consensu loci Ordinarii, qui ejusdem Confraternitatis institutum, pietatem ac religionem Litteris patentibus nobis nuper exhibitis commendavit, dummodo huic alia similis in ipso vel in alio ad tria milliaria propinquo loco hactenus erecta non fuerit, per praesentes nostras Litteras erigimus et instituimus, illisque et pro tempore existentibus utriusque Sexus Confratribus elargimur et communicamus Indulgentias, privilegia et speciales gratias singillatim descriptas in Elencho, quem rite per Ordinarium loci recognitum una cum his

*) Dicitur in substantialibus, quatenus non sit vetitum addere vel immutare aliqua in eadem, quae substantiam non afficiant. Integrum etiam erit unicuique Ordini, Religioni, Instituto sive originem sive naturam sive praestantiam proprii Ordinis indicare et alia quae solent in hujusmodi Litteris exponi.

**) Hic exprimitur persona vel qui auctoritate pollet juxta facultates et privilegia uniuscujusque Ordinis etc.

Litteris tradimus diligenter asservandum *). Quibus omnibus Indulgentiis et spiritualibus gratiis descriptis Confraternitatem ipsam nunc erectam ejusque Confratres potiri et gaudere posse decernimus juxta ea quae fel. me. Clemens Papa VIII. in Constitutione quae incipit; Quaecumque data sub die 7 Decembris 1604 praescripsit, et variationes a Smmo D. N. Pio PP. IX. approbatas, ut ex Decreto S. Congregationis Indulgentiarum diei 8 Januarii 1861 et cujus Constitutionis praecipua Capita cum dictis variationibus subnectuntur**), scilicet: 1. Quod unica tantum Confraternitas ejusdem Instituti et generis institui et aggregari possit in Ecclesiis tam Saecularium quam Regularium 2. Quod id fiat de Consensu Ordinarii et cum Litteris Testimonialibus ejusdem. 3. Quod Confraternitati institutae vel aggregatae expresse et in specie communicentur Privilegia et Indulgentiae Ordini instituenti et aggreganti nominatim concessa, non vero ea quibus per privilegium communicationis gaudet 4. Quod Statuta Confraternitatum examinentur et approbentur ab Ordinario loci et ab eodem corrigi possint. 5. Quod gratiae et Indulgentiae Cofraternitati communicatae praevia cognitione Ordinarii dumtaxat promulgentur. 6. Quod Confraternitas eleemosynas excipiat et eroget juxta formam per Ordinarium praescribendam. 7. Quod Litterae erectionis et aggregationis nonnisi gratis omnino ac nulla prorsus mercede etiam a sponte dantibus sub praetextu quoque mere eleemosynae acceptae, expediri et concedi, et solummodo titulo expensarum pro pergamena, scriptura, vel impressionis stipendio, sigillorum expensis, chordulis, cera, Secretarii Notariique labore vel mercede aliisque omnibus eam quantitatem, quae non excedat summam scutorum sex monetae romanae in Italia et extra Italiam non excedat summam libellarum vulgo francs triginta pro singula institutione vel aggregatione vel confirmatione recipere liceat. 8. Quod singula hic mandata et expressa in omnibus suis partibus fideliter observentur, secus institutiones vel aggregationes et communicationes Privilegiorum et Indulgentiarum nullius sint roboris et momenti et quilibet Superiorum atque Officialium privationis Officiorum, quae obtinent, atque inhabilitatis ad illa et alia in posterum obtinenda poenam eo ipso incurrant, quae ab alio quam a Romano Pontifice remitti non possit.

In quorum testimonium has Litteras fieri et per Nostrum Secretarium subscribi et publicari mandavimus sigilloque officii nostri muniri. Datum etc."

Formula servanda in substantialibus ab Archiconfraternitatibus et Congregationibus pro aggregatione Confraternitatum et Congregationum.

„Dilectis nobis in Christo Confratribus Societatis N. in Ecclesia N. Auctoritate N. canonice erectae Salutem in Domino sempiternam.

*) Potest etiam inseri si lubet Elenchus; in utroque tamen casu elenchus, jam ab Ordinario loci recognitus, continere debe distincte et expresse non sub generalibus verbis Indulgentias, gratias etc. quibus Societas aggregans fruitur directe, non quibus per communicationem et extensionem gaudet. Ad tollendam tamen omnem dubitationem dum per Ordinarium loci dicitur recognosci debere Elenchum, intelligitur ut si semel ab Ordinario loci, ubi Auctoritas praecipua Ordinis, Instituti, Religionis etc. quae habet facultatem erigendi etc. moratur, recognitus fuerit Elenchus, non indiget nova recognitione, et tradi possit Societati erigendae etc etiam alibi cum necessarium sit, ut semper idem sit Elenchus, salvis additionibus, quae ex novis concessionibus pariter recognoscendis fieri contingat.

**) Si lubet inseri etiam potest integra Constitutio addendo in fine variationes a SS. D. N. approbatas. Caeterum vel integra Constitutio, vel saltem indicatio eorum capitum, quae substantiam continent, cum variationibus praedictis omnino inserenda est.

Nos qui juxta Officii nostri debitum fidelium salutem, pietatisque ac Religionis progressum procurare debemus, libenter nostrae Archiconfraternitati alias ejusdem Instituti Confraternitates adjungimus et aggregamus, illisque sic agregatis Indulgentias, facultates et Indulta juxta facultatem nobis a Summis Pontificibus concessam impertimur. Qua de re cum D. N. ejusdem Confraternitatis Procurator aggregationem hujusmodi et Indulgentiarum communicationem enixe postulaverit, Nos Protector, Prior et Custodes praedicti totam ipsam Archiconfraternitatem repraesentantes, Constitutioni inhaerentes fel. rec. Clementis VIII. incipien. Quaecumque die 7. Decembris 1604 super hujusmodi aggregationibus et coelestis Ecclesiae Thesauri communicatione editae una cum variationibus adprobatis a SSmo D. N. Pio PP. IX. per Decretum S. Congregationis Indulgentiarum die 8. Janranii 1861, his nostris Litteris solo Dei amore ac pietatis Religionisque Christianae augendae zelo ducti, Confraternitatem praedictam canonice ut superius erectam attentis Episcopi seu Ordinarii loci consensu ac Litteris Testimonialibus quibus ejus institutum pietas ac religio commendatur, nostrae Archiconfraternitati (dummodo per nos similis gratia prius alteri in dicto loco N. concessa et tempore hujusmodi concessionis alteri Archiconfraternitati aggregata non fuerit) juxta facultatem Apostolicam nobis concessam adjungimus et aggregamus, atque illi ejusque Cofratribus Indulgentias et spirituales gratias nostrae Archiconfraternitati Litteris Pontificiis nominatim expresse et praecise concessas largimur et communicamus juxta tenorem descriptionis contentae in Elencho quem rite recognitum per Ordinarium loci uno cum his litteris separatim tradimus *).

Quibus omnibus Indulgentiis et gratiis spiritualibus inibi singillatim descriptis praedicta Confraternitas uti potiri, et gaudere possit juxta ea, quae san. mem. Clemens VIII. in supra citata Constitutione praescripsit, et variationes a SS. D. N. Pio PP. IX. adprobatas, cujus quidem Constitutionis quoad substantiam tenor una cum dictis variationibus ita se habet scilicet. 1. Quod unica tantum Confraternitas ejusdem instituti et generis institui et aggregari possit in Ecclesiis tam Saecularium quam Regularium. 2. Quod id fiat de consensu Ordinarii, et cum Litteris testimonialibus ejusdem. 3. Quod Confraternitati institutae vel aggregatae expresse et in specie communicentur Privilegia et Indulgentiae Archiconfraternitati instituenti vel aggreganti nominatim concessae, non vero ea quibus per privilegium communicationis gaudet. 4. Quod statuta Confraternitatum examinentur et approbentur ab Ordinario loci et ab eodem corrigi possint. 5. Quod gratiae et Indulgentiae Confraternitati communicatae praevia cognitione Ordinarii dumtaxat promulgentur. 6. Quod Confraternitas eleemosynas excipiat et eroget juxta formam per Ordinarium praescribendam. 7. Quod Litterae erectionis et aggregationis gratis omnino ac nulla prorsus mercede etiam a sponte dantibus sub praetextu quoque merae eleemosynae acceptae expediri et concedi debeant et solummodo titulo expensarum pro pergamena, scriptura vel impressionis stipendio, sigillorum expensis, chordulis, cera Secretarii Notariique labore vel mercede aliisque omnibus eam quantitatem, quae non excedat summam scutorum sex

*) Eadem recole, quae in superiori formula adnotata sunt.

monetae Romanae in Italia, et extra Italiam non excedat summam libellarum vulgo francs triginta pro singula aggregatione vel institutione sive confirmatione recipere liceat. 8. Quod singula hic mandata et expressa in omnibus suis partibus fideliter observentur, secus institutiones vel aggregationes et communicationes Privilegiorum et Indulgentiarum nullius sint roboris et momenti et quilibet Superiorum atque Officialium privationis Officiorum, quae obtinent, atque inhabilitatis ad illa et alia in posterum obtinenda poenam eo ipso incurrent, quae ab alio quam a Romano Pontifice remitti non possit.

In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium has Litteras nostras exinde fieri et per Nostrae Archiconfraternitatis Secretarium subscribi et publicari mandavimus et sigillorum ipsius Protectoris et Archiconfraternitatis jussimus et fecimus appensione muniri.

Datum Romae ex loco solito nostrae Congregationis anno . . . . . Indictione . . . . . die . . . . . mense . . . . . Pontificatus . . . . . praesentibus.

Nr. 2737.

Officium et Missae recitatio in honorem S. Bonifacii Apostoli Germaniae conceditur pro universa Ecclesia sub ritu duplici minori; uti patet ex sequenti Decreto S. R. C.

DECRETUM URBIS ET ORBIS.

Ad cultum in Christiano Orbe augendum latiusque propagandum erga Sanctum Bonifacinm Episcopum et Martyrem, qui Germanicas gentes aliosque finitimos populos ad Christi fidem perduxit, cujusque praeconium occurrit in Martyrologio Romano Nonis Junii, plures Emi et Rmi S. R. E. Cardinales, et amplissimi diversarum nationum Episcopi e Germania praesertim et Anglia, auspicatissima arrepta occasione sui in Urbem adventus quum Dogma de Immaculata Beatae Mariae Virginis Conceptione a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa IX. fuit solemniter proclamatum, humillimis precibus eidem Sanctissimo Patri supplicarunt ut Officium Missamque praedicti Sancti Bonifacii tot ceteroquin nominibus insignis, et de Catholica Religione, deque hac Sancta Sede Apostolica adeo promeriti ad universalem Ecclesiam Pontificia sua auctoritate dignaretur extendere. Aut nisi forte pro multa sapientia sua id congruum judicaret, ejusdem saltem Officii et Missae recitationem toti Germaniae, totique Angliae vellet concedere, quod in Sancto Bonifacio suum haec filium, suum alia veneretur Apostolum; reliquis vero extra Germaniam et Angliam Dioecesibus, si illarum Episcopi duxerint, ea de re supplicandum.

Istiusmodi preces idem Sanctissimus Dominus Noster clementer excipiens, die 29. Martii 1855, indulsit ut in tota Germania et Anglia quotquot Dioeceses confessionem Officii et Missae de Sancto Bonifacio Episcopo et Martyre ab Apostolica Sede nondum obtinuerunt, volentibus Episcopis recitare amodo possint, indulsitque praet rea ut extra Germaniam et Angliam a Sacra Rituum Congregatione eadem concessio tribuatur Episcopis, qui postulaverint.

Cum autem Episcopi Germaniae et Oecumenicum Concilium Vaticanum convenissent novas instaurarunt preces ut Officium et Missa Sancti Bonifacii ad universam extenderentur Ecclesiam; cumque hisce dein precibus accessissent etiam postulationes Antistitum Angliae et Hollandiae, Sanctitas Sua ut Sancti Bonifacii propitiam imploraret opem Germaniae Episcopis strenue pro Ecclesiae Catholicae causa dimicantibus, necnon fidelibus eorum curae commissis ad fidem sincere retinendam, quam a Bonifacio acceperant, postulationes remisit peculiari Sacrorum Rituum Congregationi ut suam panderet mentem. Peculiaris haec Congregatio postulationum rationibus, necnon temporum adjunctis aeque perpensis rescripsit: *Affirmative pro universa Ecclesia sub ritu duplici minori.*

Hujusmodi Rescriptum, referente me subscripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, Sanctitas Sua confirmavit; indulsitque ut in universa Ecclesia Officium et Missa recitari et respective celebrari debeant juxta exemplar jam a Sacra Congregatione approbatum sub ritu duplici minori die V. Junii in Martyrologio assignata; translato Officio eidem diei affixo, dummodo non sit majoris ritus, in insequentem primam diem liberam in singulis Kalendariis occurrentem; et dummodo Rubricae serventur. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 11. Junii 1874.

Constantinus Episcopus Ostien. et Veliternen. Card. Patrizi S. R. C. Praefectus.

Loco † Sigilli

Dominicus Bartolini S. R. C. Secretarius.

N. 3705.

Podajemy poniżej do wiadomości Wielebnego Duchowieństwa dyecezalnego rozporządzenie Wysok. Ministerstwa spraw wewnętrznych, wyjęte z pisma dyecezalnego Arcydyecezyi Wiedeńskiej w tekscie originalnym, względem otwierania grobów i przenoszenia zwłok zmarłych.

Verordnung des Ministers des Innern vom 3. Mai 1874., betreffend den Transport und die Ausgrabung (Exhumation) von Leichen.

(Reichsgesetzblatt vom 16. Mai 1874., XVII. St., Nr. 56.)

Durch die Erlässe des k. k. Staatsministeriums vom 18. März 1866, Z. 1452. St.-M. und des Ministeriums des Innern vom 3. August 1871., Z. 9404, ist den politischen Behörden I. Instanz, beziehungsweise den dermaligen Bezirkshauptmannschaften und in Städten mit eigenen Statuten den Magistraten, die Bewilligung von Leichentransporten und die Ausstellung von Leichenpässen, unter Erstattung der Anzeige von Fall zu Fall an die betreffende Landesbehörde zugewiesen worden.

Nunmehr werden die nämlichen politischan Behörden I. Instanz auch ermächtigt, über Gesuche von Parteien um Bewilligung zur Ausgrabung (Exhumation) von Leichen oder Leichenresten zu entscheiden. Unter Aufrechthaltung der für die Ausfertigung von Leichenpässen giltigen Bestimmungen wird rücksichtlich des Transportes von Leichen nach einem Friedhofe, welcher nicht zum Sterbeorte gehört, und rücksichtlich der Ausgrabung von Leichen oder Leichenresten verordnet, wie folgt:

1. In allen Fällen, in welchen die Beerdigung auf einem anderen Friedhofe, als auf einem zum Sterbeorte gehörigen vorgenommen werden soll und zu allen obenbezeichneten Leichenausgrabungen, muss die Bewilligung der politischen Behörde I. Instanz nachgesucht werden.

2. Grundsätzlich ist sowohl der in der Rede stehende Transport einer Leiche überhaupt, als auch insbesondere die Ausgrabung einer Leiche in allen jenen Fällen zu verweigern, in welchen von dem hierüber einvernommenen Amtsarzte der Vorgang rücksichtlich des öffentlichen Gesundheitswohles oder rücksichtlich der Gesundheit der dabei beschäftigten Personen nicht als vollkommen unbedenklich erklärt wird.

Hiernach sind auch alle Leichen, bei deren beabsichtigten Abtransportirung die theils allgemeinen, theils im besonderen Falle vorzuschreibenden Sanitätsvorschriften aus was immer für Gründen nicht eingehalten werden können, ohne Unterschied der Konfession der Verstorbenen, auf einem Friedhofe des Sterbeortes zu beerdigen.

3. Bei jeder als zulässig erkannten Transportirung, beziehungsweise Ausgrabung und Transportirung von Leichen oder Leichenresten, sind die dem speciellen Falle entsprechenden sanitätspolizeilichen Vorkehrungen auf Grund des amtsärztlichen Gutachtens anzuordnen, und ist deren genaue Durchführung durch die persönliche und verantwortliche Intervention eines zur bezüglichen Amtshandlung abgeordneten Sanitätsorganes zu überwachen.

Das Sanitätsorgan hat die vorgenommene persönliche Überwachung auf dem Leichenpasse zu bestätigen.

4. Für die Versargung und Verpackung der Leichen behufs des Transportes gelten nachstehende Bestimmungen:

a) Wenn ein länger dauernder Transport (durch eine Woche oder darüber) bevorsteht, muss die Leiche konservirt (balsamirt) worden sein. In heisser Jahreszeit kann nach den Umständen die Konservirung der Leiche auch für eine Transportzeit unter einer Woche gefordert werden;

b) bei einer Transportdauer von 24. Stunden und darüber ist die Leiche in einem doppelten Sarge zu verwahren und darin mittelst Gurten zu befestigen. Jeder dieser Särge muss entweder vom harten Holze und innen allenthalben gut ausgepicht oder von Metall sein. Der innere Sarg muss möglichst luftdicht geschlossen, beziehuagsweise verpicht oder verlöthet sein. Der äussere Sarg muss allenthalben gut schliessen. Der Doppelsarg muss überdiess in eine Holzkiste eingeschlossen werden;

c) bei Transporten in die Umgebung des Sterbeortes bis auf eine Entfernung von

einer Meile hängt es von den Umständen ab, ob die gewöhnliche Versargung als genügend erkannt werden darf, oder ob besondere Vorsichten anzuordnen sind;

d) bei Transporten über eine Meile Entfernung und von einer 24. Stunden nicht erreichenden Dauer, hat ein Doppelsarg wie in b) in Anwendung zu kommen;

Das Vorschreiben der Befestigung der Leiche, ebenso des Gebrauches einer den Doppelsarg umschliessenden Holzkiste, hängt von den Umständen ab.

In Berücksichtigung der nach Zeit und Ort wechselnden Umstände können in jedem Falle auch andere hier nicht genannte Vorsichtsmassregeln bei der Versargung, wie die Anwendung eines fäulnisshemmenden Ausfüllungsmittels und dergleichen angeordnet, oder Abweichungen von den als Regel aufgestellten Vorsichten insoweit gestattet werden, dass der Wahrung der öffentlichen Gesundheit keinerlei Abbruch geschieht.

Zur neuen Versargung und zur Verpackung von ausgegrabenen Leichen oder Leichenresten müssen zweckentsprechende ähnliche Vorsichten angeordnet werden.

5. Bei Leichenausgrabungen hat das leitende Sanitätsorgan dahin zu wirken:

a) Dass selbe bei kühler Temperatur (in der kälteren Jahreszeit, sonst in den frühen Morgenstunden) und unter Abhaltung aller unnöthigen Zuseher vorgenommen werden;

b) dass die dem Grabe entströmenden Ausdünstungen von den anwesenden Personen ab-, nicht aber denselben zugeweht werden;

c) dass der üble Geruch durch entsprechende Desinfektionsmittel möglichst getilgt werde;

d) dass die ausgegrabene Leiche (beziehungsweise die Überreste derselben) unverzüglich in einen nächst dem Grabe bereit gehaltenen neuen vorschriftmässigen Sarg gelegt und dieser sofort gut geschlossen werde.

6. Für Leichentransporte ist in der Regel dasjenige Transportmittel zu wählen, durch welches die Überbringung der Leiche an ihren Bestimmungsort in der verhältnissmässig kürzesten Zeit ermöglicht wird.

7. Zum Transporte mit Zugthieren sind vollständig geschlossene Wägen oder, wo diess nicht möglich ist, doch mindestens anständige und vollkommen gedeckte Fuhrwerke, ohne Beigabe anderweitiger Frachtstücke, in Verwendung zu nehmen.

Einer solchen Leichenfuhre ist ausser dem Kutscher noch ein Begleiter beizugeben. Beide Personen sind dafür verantwortlich, dass die Fahrt nur in der im Leichenpasse verzeichneten Route und mit Vermeidung jedes unnöthigen Aufenthaltes bewerkstelligt werde.

8. Von dem Anlangen der Leichen auf dem Friedhofe des Bestimmungsortes ist die betreffende Gemeinde rechtzeitig in Kenntniss zu setzen. Daselbst ist der anlangende Transport durch eine von der politischen Behörde abzuordnende sachverständige Vertrauensperson unter Abnahme des Leichenpasses und des Leichenbeschaubefundes bezüglich der vorschriftmässigen Versargung und Verpackung zu prüfen.

9. Das Öffnen von derlei angelangten Särgen darf nur über behördlichen Auftrag vorgenommen werden.

Insbesondere darf das Öffnen der Särge behufs Vornahme der rituellen Waschungen israelitischer Leichen in allen hierher gehörigen Fällen nicht gestattet werden.

Nr. 109 praes.

Non abs re fore censuimus, si de peractis nuper Spiritus recollectionbius pro iis, qui eisdem interesse non valuerant ad vivificandum et acuendum in iis gustum sacrum, et sitim spiritualem pro iisdem proxime subeundis — quaepiam Vobiscum communicaremus. Jam haec circumstantia, quod provocationi Nostrae ad illas subeundas facillime obsequentes tam numerosi ex omnibus tam amplae Dioecesis Nostrae partibus convenerint, magno cordis gaudio Nos affecit, et afficere debuit, cum ex hac circumstantia cognoverimus, spiritum ecclesiasticum inter Clerum vivere et eumdem voci Ordinarii sui ad pia et salutaria Vos vocantis obedientem esse.

Statuto die, i. e. 1. Septembris a. c. ad recollectiones has peragendas ex omni parte dioecesis nostrae 111. Sacerdotes et 3. Clerici convenerunt, et quidem e civitate Tarnow 13. Sacerdotes et 3. Clerici; e Decanatibus:

Dąbrovaensi	7.	Brestensi	2.
Mieleciensi	4.	Czchovensi	4.
Pilsnoensi	5.	Dobczycensi	2.
Radomyślensi	5.	Wielicensi	5.
Ropczycensi	3.	Wojnicensi	8.
Tuchoviensi	8.	Białaensi	3.
Wielopoliensi	7.	Makoviensi	6.
Bobovaensi	4.	Myślenicensi	1.
Łącensi	2.	Oświęcimensi	1.
Neo - Sandecensi	8.	Skawinaensi	1.
Bochniaensi	3.	Wadowicensi	7.
		Żywiecensi	2.

Eadem adhuc die, i. e. 1. Sept. c. a. vesperae hora circiter 8. — implorata S. Spiritus gratia pro felici exordio, successu et decursu operis tam salutaris — hae Spiritus refectiones et refocillationes initium sumserunt, et per tres dies continuos cum summa animi collectione et cordis aedificatione prosecutae sunt. Erant hi dies — teste publico, ex ore omnium dies salutis et renovationis spiritus pro omnibus sincere de iis participantibus — gratia divina miro modo operabatur in animis praesentium — describendae hujus operationis vix aliquis potens inveniretur. haec nonnisi corde percipimus, non autem

calamo depingere possumus. — Sufficiat his, dixisse. Si Moderatores horum exercitiorum suis exhortationibus quotidianis sat amplis et effusis — finem imposuerunt, non unus ingemuit spiritu: dolendum, quod jam finierit! — Si quis vestrum, qui recollectionibus his interesse non valuit, de iis et de earum effectibus in cordibus audientium plene informari cupiat ad gustum suum spiritualem pro iis vivificandum, adeat quemdam vicinum confratrem, qui iis intererat, et audiet ex illo, quae audire vix exspectasset. —

Actis demum Deo optimo gratiis, et refecti pabulo vitae, ac data benedictione Nostra (ope telegraphi) pro felici itinere ad sua, et dono perseverantiae in bono — madidis oculis Seminarium dioecesanum, hunc locum sacrae solitudinis — fere omnes reliquerunt, Deo gratias agentes in spiritu pro acceptis ibidem gratiis et illustrationibus cum ardenti voto, eas quantocyus repetendi.

Tarnoviae die 15. Sept. 1874.

Nr. 2759.

Decretum S. C. J. qno damnantur opera infra enumerata.

DECRETUM.

Feria VI. Die 10. Julii 1874.

Sacra Congregatio Eminentissimorum ac Reverendissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium a SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO PIO PAPA IX. Sanctaque Sede Apostolica Indicis librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni, expurgationi, ac permissioni in universa christiana Republica praepositorum et delegatorum, habita in Palatio apostolico vaticano die 10. Julii 1874. damnavit et damnat proscripsit proscribitque, vel alias damnata atque proscripta in Indicem Librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quae sequuntur Opera.

Drei Gewissensfragen über die Maigesetze. *Latine vero*: Tria quaesita conscientiae relate ad Leges Maji. — Moguntiae 1873. *Donec corrigatur.*

Ehrerbietige Vorstellung und Bitte an den hochwürdigsten Episcopat in Preussen: ein Wort zur Verständigung von Vincentius Sincerus. *Latine vero:* Reverens expositio et supplicatio Rmo Episcopatui Borussico. Verbum pro conciliatione a Vincentio Sincero. — Monachii 1874.

Ormanian M. — Le Vatican et les Arméniens. — Romae 1873. Imprimerie Romaine de C. Bartoli. Decr. S. O. fer. IV. die 11. Martii 1874.

Auctor Operis cui titulus: Union générale dans le clergé séculier du sacerdocc et du mariage par l'abbé Caillet. — Meulan 1873. Prohib. Decr. 5. Febr. 1874. *laudabiliter se subjecit et Opus reprobavit.*

Itaque nemo cujuscumque gradus et conditionis praedicta Opera damnata atque proscripta, quocumque loco et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sed locorum Ordinariis, aut haereticae pravitatis Inquisitoribus ea tradere teneatur sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.

Quibus SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO PIO PAPAE IX. per me infrascriptum S. I. C. a Secretis relatis, SANCTITAS SUA Decretum probavit, et promulgari praecepit. In quorum fidem etc.

Datum Romae die 11. Junii 1874.

ANTONIUS CARD. DE LUCA Praefectus.

Fr. Hieronymus Pius Saccheri Ord. Praed.
S. Ind. Congreg. a Secretis.

Loco † Sigilli.

Die 20. Julii 1874. ego infrasciptus magister Cursorum testor supradictum Decretum affixum et publicatum fuisse in Urbe.

Philippus Ossani Mag. Curs.

Concordat cum Originali quod in tabulario S. Nuntiaturae Apostolicae asservatar.

In quorum fidem etc. Vindobonae III. Kal. Sextilles. A. D. 1874.
M. Dr. Mocenni. Auditor.

L. 3111.

Wezwanie do składek na ukończenie kościoła w Ludźmierzu.

Grożący upadkiem po sześciowiekowem istnieniu drewniany kościółek w Ludźmierzu, natchnął teraźniejszego Ks. proboszcza tą piękną myślą wystawienia nowego kościoła. W tym celu wraz z patronem kościoła p. Adolfem Tetmajerem i przełożonym gminy Ludźmierskiej dołożył wszelkich starań, aby parafian swoich pobudzić i zachęcić do rozpoczęcia budowy nowéj świątyni, nim stara upadnie.

Parafijanie jakkolwiek niezamożni i nieliczni, bo tylko 2200 dusz liczący, widząc chylący się ku upadkowi kościółek, wzięli się z wszelką ochotą do przyspasabiania potrzebnego materyału, tak że w roku 1869 w jesieni, po uroczystem poświęceniu kamienia węgielnego, fundamenta pod nową świątynię założono. Następne aczkolwiek ciężkie lata, nie przerwały raz rozpoczętego dzieła bożego, a parafianie lubo z wielkiem wysileniem zasobów materyalnych, składali chętnie i bez szemrania co na nich wy-

padało, i przy bezprzykładnéj wytrwałości budowa świątyni dzisiaj tak dalece postąpiła, że już mury dachem pokryte zostały, wieża ukończona i dzwony na nią wyciągniono. Brakuje jeszcze sklepienia, otynkowania murów, wewnętrzego urządzenia i t. p.

Atoli na to po tak ogromnych ofiarach poniesionych przez parafijan nie dostaje funduszów, bo parafianie oprócz ręcznéj i ciągłej roboty, złożyli przeszło 15000 złr. w gotówce na budowę świątyni.

W téj tedy potrzebie udaje się Ks. Słomka do Nas, abyśmy wezwali Dyecezan naszych, żeby ofiarami dobrowolnemi zechcieli przyjść w pomoc parafianom Ludźmierskim, celem ukończenia świątyni wystawionéj na cześć i chwałę Maryi. Ma on tę nadzieję, że znajdą się wspaniałomyślni dobroczyńcy, którzy nie pożałują ofiar na dom boży.

Czyniąc zadosyć prośbie gorliwego o chwałę bożą pasterza, wzywamy wielebne Duchowieństwo, aby zechciało nie samo przyczynić się ofiarą na ukończenie świątyni w Ludźmierzu, ale także wezwało wiernych do składania datków na powyższy cel;— które odeszle wprost do proboszcza w Ludźmierzu lub do Naszego Konsystorza.

Z Konsystorza Biskupiego, Tarnów d. 17. Września 1874.

Nr. 3706.

Archiepiscopus Seerdensis in Kurdistan Ritus chaldaici exorat opem Nostram ad extruendam Ecclesiam etc. Tristis Status Dioecesis illius optime cognoscitur ex epistola ad Nos directa, quae mox sequitur.

Reverendissime et Illustrissime Domine Episcope
In Christo Frater!

Pastor gregis dominici in snmma tribulatione positi, inter hostes crucis Christi angustiati ad Vos supplices tendit palmas.

Ab initio saeculi currentis 3000. catholicorum ecclesia in civitate Seerd carent, antiquissima, eaque episcopali in moscheam conversa.

Favore Sultani e publicis fundis mihi pars obtigit, struendae novae ecclesiae sufficiens, quam honoribus Immaculatae Virginis Dei Genitricis consecrare mihi proposui.

Sanctissimus Pater de hoc proposito a me tempore concilii Vaticani certior factus, omnibus benefactoribus ad hoc opus sanctum conferentibus symbolas benedictionem elargitus est apostolicam.

Actu seminario cleri careo in detrimentum rei catholicae in medio infidelium.

Adjuvate nos, date et dabitur Vobis. In conventu PP. Franciscanorum in interiori urbe Vienna dego, donec redire mihi licuerit ad gregem meum.

Viennae Austriae, 17. Julii 1874.

Michael Petrus Bartatar,
Archi-episcopus Seerdensis in Kurdistan, ritus chaldaici.

Michael Petrus Bartatar Arch. etc.

Reverendissimum Dominum Archiepiscopum Seerdensem revera in Conventu nostro degere manus meae subscriptione et sigilli conventus adpressione firmo.

P. **Nicolaus Brezowski** O. S. F.
conv. gvardianus.

Piam eleemosynam sive a Vobis Venerabiles Fratres! elargitam sive a laicis oblatam velite ad Nostrum Consistorium dirigere fine ulterioris transmissionis ad locum designatum.

E Consist. Ep. Tarnoviae die 7. Octobris 1874.

N. 28 praes.

Congregatio catholice politica in suburbio Josephi Vindobonae edit opus sub titulo „Lichtbilder aus der Geschichte des Osterreichischen Kaiserhauses" fine celebrandae memoriae sexti Jubilaei saecularis Augustissimae Dynastiae Habsburgorum, et in specie 25. anni regiminis Augustissimi Imperatoris Nostri Francisci Josephi; invitatque ad praenumerationem, cujus conditiones in prospectu infra apposito exprimuntur.

PROSPECT

des soeben erschienenen neusten historisch-patriotischen Werkes:

Lichtbilder

aus der Geschichte des österreichischen Kaiserstaates.

I.

Gründung der Dynastie Habsburg in Oesterreich.

Illustrirte Festschrift

zur Verherrlichung der sechshundertjährigen Jubelfeier des Allerhöchsten Kaiserhauses, sowie zur Feier des fünfundzwanzigjährigen Regierungsjubiläums Seiner Majestät des Kaisers Franz Josef I.,

gewidmet

Seiner Eminenz dem hochwürdigsten Herrn Cardinal-Fürst-Erzbischof von Wien Josef Othmar Ritter von Rauscher, zur Erinnerung an Hochdessen fünfzigjähriges Priesterjubiläum.

Das Jahr 1873 ist durch einige besonders weihevolle Erinnerungstage ausgezeichnet, zu deren festlicher Begehung wir Oesterreicher und Katholiken uns in der ange-

nehmsten Weise verpflichtet fühlen. Heuer sind nämlich 600 Jahre um, seitdem dass erlauchte Haus Habsburg durch die Erhebung des Grafen Rudolf von Habsburg zum römisch-deutschen Kaiser den Aufgang zur Weltberühmtheit vollzogen hat. Der weithin strahlende Glanz dieser Erinnerungsfeier wird noch erhöht durch das ebenfalls in dieses Jahr fallende 25jährige Regierungsjubiläum unseres allergnädigsten Kaisers Franz Josef I.

Um bei der feierlichen Begehung dieses Doppeljubiläums eine anscheinend würdige Opfergabe auf den reichgeschmückten Festaltar niederlegen zu können, haben die Verfasser und Herausgeber dieser Schrift (das kath.-pol. Casino Josefstadt), unbeirrt durch moderne Schlagwörter und nur auf die reellen Bedürfnisse des Ganzen bedacht, es unternommen, ☞ *die alten Wurzeln der Kraft Oesterreichs aufzusuchen, die lauteren Quellen seiner Macht zu erforschen und die echten Bürgschaften der Wohlfahrt dieses unseres theuren Vaterlandes festzustellen.* ☜

Das vorliegende Werk — obwohl für sich allein ein Ganzes bildend, indessen dennoch den Anfang einer weiteren zusammenhängenden Reihe historich-patriotischer Schilderungen enthaltend — bietet nun die Erstlinge dieser mühsamen Forschungsreise, und wird darin nach Darlegung der wichtigsten statistichen Verhältnisse die *allmälige Gestalltung Oesterreichs aus dem politischen Chaos zu einem einheitlichen Ganzen unter dem Hause Habsburg*, als Krystallisationspunkt dieses herrlichen Völkerreiches, in Kürze erzählt. Hierauf wird nach einer summarischen Darstellung der Vorgeschichte Oesterreichs Kaiser *Rudolf I. von Habsburg* als hochberühmter Ahnherr des durchlauchtigsten Sprösslings, Allerhöchst welcher eben heuer sein 25jähriges Regierungsjubiläum feiert, mit historischer Treue geschildert.

Möge dieser Excurs auf das ebenso interessante als lehrreiche Gebiet der österreichischen Geschichte, aus welcher einzelne markante Scenen besonders hervorgehoben werden, als eine würdige Huldigungsgabe zum Doppeljubiläum des erlauchten Kaiserhauses an allen Orten eine freundliche Aufnahme finden.

Zur ganz besonderen Ausschmückung aber liessen die Herausgeber den in der Geschichte ewig denkwürdigen Act, da Kaiser *Rudolf I. von Habsburg* mit den Worten: „Dieses Zeichen, in welchem wir alle erlöst sind, wird wohl auch die Stelle des Scepters vertreten“ *das Cruzifix zum Herrscherstabe improvisirt*, durch den renommirten Historienmaler Herrn *Franz Gerasch* illustriren und gaben das vorzüglich gelungene, in der rühmlichst bekannten xylographischen Kunstanstalt des Herrn *F. W. Bader* im feinsten Holzschnitt ausgeführte Bild der Schrift als Illustration bei, die uns nun den hohen Moment in Auffassung und Durchführung ebenso würdig als schön vor Augen stellt. Nicht minder ist die typographische Ausstattung der Schrift seitens der vielverdienten Firma *L. Mayer* eine wahrhaft glänzende.

Und so möge denn diese bereits allseitig anerkannte, würdige Huldigungsgabe — für deren literarischen, künstlerischen und geschichtlichen Werth die Annahme der Widmung von Seite unseres erleuchteten Kirchenfürsten am besten spricht — allen Freunden einer das patriotische Gefühl erhebenden und stärkenden Lectüre, namentlich als *bestes Familienbuch* auf das Wärmste empfohlen sein.

Für das kath.-polit. Casino Josefstadt als Verfasser und Herausgeber:

Dr. Gruber, Alois
d. Z. Obmann
Wien, VIII, Albertplatz Nr. 1.
(woselbst gegen Baar-Einsendung des bezüglichen Betrages die Exemplare ausgefolgt werden).

Preis-Verzeichniss:

Prachtausgabe in Gross-Quart, in Seide gebunden mit Goldschnitt	. . . .	fl. 10.—
dto dto elegant gebunden	. . . .	fl. 3.50
Einfache Ausgabe in Gross-Octav, brochirt	. . . .	fl. 1.50
Pachtausgabe des Bildes allein, auf feinem Papier mit breitem Rand für Zimmerverzierung		fl. 1.50

Cupientes hoc opus sibi comparare conferant se ad praelaudatum Dr. Alojsium Gruber.

E Consist. Ep. Tarn. 8. Octobr. 1874.

N. 3275.

Odpis rozporządzenia Namiestnictwa z dnia 8. września 1874. L. 27713 do Przewielebnego Konsystora Biskupiego obrz. rz. kat. w Przemyślu.

Odnośnie do drugiego ustępu pisma z dnia 31 maju 1874. L. 1320 wystósowanego do c. k. Namiestnictwa jako Dyrekcyi funduszów indemnizacyjnych wedle którego obligacye powstałe z fundacyi mszalnych bywają winkulowane na rzecz dotyczących probostw nigdy zaś kościołów, a tem mniej prywatnych osób, gdyż obowiązek do tego rodzaju fundacyj przywiązyny, cięży wyłącznie na osobie miejscowego proboszcza, przeto dochody od tych fundacyj należą do probostwa, oznajmia się Przewielebnemu Konsystorzowi, że c. k. Namiestnictwo tego zdania nie podziela, albowiem w myśl dekretu ministeryalnego z dnia 29. grudnia 1851. L. 169. (gubern. rozp. z dnia 7. stycznia 1852. L. 921. zbiór ustaw prowincyonalnych z r. 1852. część I. str. 22.) dochód z majątku fundacyj mszalnych do kongruy plebana nie może być wliczony, coby się jednak stać musiało, gdyby dochody z fundacyi mszalnych do probostwa należały.

Z tego wynika że każda fundacya mszalna, która po roku 1851 powstała, stanowi osobę moralną, której majątek jest jéj majątkiem własnym i nie należy ani do kościoła

ani do probostwa, zaczem obligacyje będące własnością fundacyj mszalnych, należy przepisywać na imię tychże fundacyj i winkulować dla fundacyj mszalnych jako takich z dodaniem nazwiska fundatora w celu uwidocznienia ich pochodzenia. Ponieważ zaś fundacye mszalne mają ten cel, aby za dochód z ich majątku pewne nabożeństwo w pewnym kościele odprawiane było, zatem są niejako przywiązane do pewnego kościoła, przeto należy dla oznaczenia miejsca, w którem kościele to nabożeństwo ma być odprawianém, kłaść na obligacyach przy winkulum dodatek „przy kościele N."

Z resztą rozumie się samo przez się, że obowiązek do tego rodzaju fundacyj mszalnych przywiązany, ciąży wyłącznie na osobie miejscowego plebana i on też dochód z tych fundacyj za odprawianie nabożeństwa pobierać ma.

N. 2572.

Upoważnienie z bierania składek dla OO. Mechytarystów w Wiedniu.

C. k. Prezydyum Namiestnictwa we Lwowie.

L. 5563/pr.

Według reskryptu p. Ministra wyznań i oświecenia z dnia 24. czerwca b. r. l. 8392., przedłużył p. Minister spraw wewn. pozwolenie udzielone reskryptem z dnia 11. listopada z. r. l. 4963. Kongregacyi Mechytarystów w Wiedniu do zbierania składek w krajach w Radzie Państwa reprezentowanych na dalszy przeciąg czasu do końca października b. r. pod warunkami wskazanemi w piśmie tutejszem z dnia 16. stycznia b. r. l. 575.

O tém mam zaszczyt zawiadomić najprzewielebniejszy Konsystorz.

Lwów, 17. lipca 1874.

W zastępstwie J. E. c. k. Namiestnika
Bartmański.

Co podaje się do wiadomości.

Z Kons. Biskupiego tarnow. 20. czerwca 1874.

E Consistorio Episcopali,

Tarnoviae die 26. Octob. 1874.

JOSEPHUS ALOJSIUS,

Episcopus Tarnoviensis.

Tarnoviae 1874. Typis A. Rusinowski, Typographi ad honores Episcopalis. Impensis Consistorii.